



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 107. Naves victoriose portum ingressæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

etum quoque classis palo transfigere co-
gitabat, indubie consilium executurus, A. C. 1453.
nisi primorum Aulæ precibus placatus
fuisset.

§. CVII.

Naves victoriose portum ingressæ.

Nihilominus Mahometes summa ani-
mi sui indignatione has naves por-
tum subire spectabat; cum enim oppor-
tuna esset maris tranquillitas, ac sol ad
vesperam declinaret, Auster navibus hi-
scé secundus adspiravit, unde Chienses
expansis pleno sinu velis sese Turcarum
navibus, nullo ordine dispersis ac metu
fractis subduxerunt, & Christianorum
navigia paulopost cunctis præ gaudio fe-
stive acclamantibus Urbis portu excepta
fuerunt. Victoriæ hujus felicitas non pa-
rum inde aucta est, quod nullo penitus
ex Victoribus amisso, pauci admodum Ge-
nuenses vulnerati essent, qui etiam post
aliquot dies decefferunt: cum tamen ex
Turcis, proprio eorum testimonio, supra
duodecim millia desiderati fuerint. Ma-
hometes impotenti in suos iracundia ex-
candescens, in superos quoque sexcentas
evomuit blasphemias; maxime autem
infausto obsidionis successu fractus erat,
ubi summo animi sui moerore urbis mu-
ros a ruinis citius redintegratos, quam
læsos

*Phranz. I. 3.
cap. 10.*

Sæcul. XV. læsos, fossasque tam celeriter purgatas,
A.C. 1453. quam impletas fuisse conspiceret; qua-
 propter Justinianum, cuius virtus sibi a-
 deo infesta erat, auro corrumpere tenta-
 bat; verum spe sua delusus, pacem exo-
 ptare simulabat, oblatis tamen ejusmodi
 conditionibus, quas a Græcis nunquam
 acceptandas prænoverat.

§. CVIII.

Pax Græcis a Mahomete oblata.

Igitur missis ad Constantinum Fecialibus
 petiit, ut sibi urbem imperiale cede-
 ret, & in ejus locum Peleponnesum ac-
 ciperet, pollicitus, se fratribus ejus in da-
 mni compensationem alias terras libere
 possidendas daturum. Verum his con-
 ditionibus, quibus Mahometes unice
 Constantinopolitanæ urbis dominium sibi
 afferere intenderat, confessim rejectis,
 Græcorum Imperator jam desperata
 pace fortiter decrevit, se urbem, si il-
 lam conservare non posset, saltem non nisi
 cum propriæ suæ vitæ dispendio amissu-
 rum, & qua Imperatorem moriturum.

§. CIX.

Turcæ falso rumore territi obsidionem solvere parati.

Phranz l. 3. **Vix** non generosum hoc Imperatoris
cap. 13. & 14. **consilium Felix faustusque coronas-**
 set